

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Rosyjskiej Biblioteki Narodowej w Sankt Petersburgu, sygn. Lat. Q II 157, tekst 2, k. 110ra–110rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 25

[25] De dono, quod viro vel femine coram iudicio bannito datur sequitur.

Donum, quod datum fuerit viro vel mulieri in iudicio bannito, in eo mulier cum sua parte sive dono pro suo arbitrio facere potest absque omni contradicione quidquid placet. Idem potest vir cum parte sui doni, quidquid deliberaverit modo simili, quam ipse suscepit. Si moritur femina absque herede, ita quod nullum a suo marito peperit, et ipse heredit data sua successoria, seu sua prospera fortuna acquisita super suum proximum naturalem successorem, sive sit masculus sive femina, qui sibi sit [k. 110rb] paris condicionis. Idem facit vir. Insuper omne aurum et argentum informatum, et omnis siligo et carnes cum cervisia et vino, et panis, que vel quod aut quantum post xxx permansit, vel permanserunt, totum cecidit heredibus viri et non mulieris, exceptis pulmentariis, de quibus mulier recipit medium partem et heredes viri reliquam medium tenebunt.

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]